

(a) Lettres de Philippe-Auguste, par lesquelles il confirme le don gratuit de douze deniers par ménage, accordé au Comte de Nevers, dans les Terres où il avoit droit de monnoie, sans tirer à conséquence, & aux conditions que ce Comte & ses descendants, ne pourront rien changer à la monnoie dont il venoit de fixer le poids & le titre.

PHILIPPE-AUGUSTE,  
à Paris, en  
1188.

*In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum Rex: noverint universi quid cognatus noster Petrus Comes Nivernensis (b), ad consilium & consensum Episcoporum, Abbarum & Baronum Comitatus Nivernensis, monetam fecit ad quatuor denarios de fino argento, & sexdecim solidos, & octo denarios de pondere, in marca Trecensi, quam Comes & uxor sua Agnes juraverunt perpetuo de cætero in jamdicto pondere & legalitate fideliter conservandam; quam etiam jurabit filius Comitis vel filia, & filii filiorum vel filiarum successore in posterum, ut duret in perpetuum. Si vero Comes, vel filius suus, vel filia, aut filius filii vel filiae, monetam ipsam de supradicto pondere & valore in aliquo defraudarent, vel fraudari suffluerent, Ecclesiastice personæ vel Barones terræ suæ, monetam suam deinceps non tenerentur recipere, sed monetam quam vellent, in terra sua sine occasione mitterent, & Episcopi Autissiodorensis & Nivernensis de Comite & terra sua & heredibus suis iustitiam facerent. Si autem fabricatores monetæ, prædictum pondus & valorem minuere præsumerent, de ipsis iustitia disticta fieret, nec eis favore aliquo aut gracia parceretur. Et ut nulla possit in moneta ipsa fieri diminutio vel falsitas, frequenter probabitur à Cambitoribus & discretis viris in cognitione argenti & ponderis, & Ecclesiastice personæ vel Barones eam quandocumque voluerint, probari facient. Pro perpetuitate vero ipsius monetæ, & pro via Ierosolymitana, placuit personis Ecclesiasticis & Baronibus terræ Comitis, ut de singulis domibus quæ proprium habent mansionarium, duodecim denarios, hoc tantum anno, accipiet, per civitates & castella, burgos & villas in quibus moneta Nivernensis debitum cursum habet. Ne vero beneficium duodecim dinariorum quod Comiti sponce, hoc tantum anno, impendatur, Ecclesiæ vel Baronibus in consequentiam trahatur, quod nunquam fuerat, nec amodò erit, Litteras nostras eis patentes tradidimus tam de monetæ perpetuitate (c), quam de indemnitate, pro beneficio Comiti semel gratis impenso. Quod ut in posterum ratum, illibatumque permaneat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritatem, ac Regii nominis caractere inferius annotato præcipimus confirmari. Actum Parisis, anno ab Incarnatione Domini M.º C.º LXXXVIII.º Regni nostri anno nono, astantibus in Palatio quorum nomina supposita sunt & signa. Signum Comitis Theobaldi, Dapiferi nostri; S. Guidonis, Buticularii; S. Matthei, Camerarii; S. Radulphi, Conflabularii. Data vacante Cancellaria.*

## NOTE S.

(a) Histoire d'Auxerre, par Lebeuf, T. II, Preuves, p. 30, col. 2, d'après le Cartulaire de l'Évêché d'Auxerre, fol. 24.

(b) Petrus Comes Nivernensis.] Pierre de Courtenay, Comte d'Auxerre & de Nevers, du chef d'Agnes sa femme, seule & unique héritière du Comte Guy. Philippe-Auguste, tuteur d'Agnes, l'avoit mariée à Pierre de Courtenay en 1184, & leur avoit remis les Comtés d'Auxerre & de Nevers, qu'il avoit tenus en sa main l'espace de trois ans. Voy. Hist. d'Auxerre, ubi supra, p. 114.

(c) Tam de monetæ perpetuitate, &c.] Malgré

l'obligation contractée par le Comte de Nevers, pour lui & ses descendants, de ne rien changer à la monnoie, Mahaud sa fille, & Guy second mari de Mahaud, s'en écartèrent. Le Clergé d'Auxerre se plaignit; il alléguâ les Lettres de Pierre Comte de Nevers, & celles de Philippe-Auguste. Gautier, Archevêque de Sens, fut choisi pour arbitre de ce différend, & prononça conformément auxdites Lettres. Sa Sentence arbitrale du mois d'Avril 1331, a été publiée par M. Lebeuf, parmi les Preuves de son Histoire d'Auxerre, p. 51.